



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXLVI. Walther, Burchard und Albert von Barby verkaufen das Dorf Bergen
bei Rodensleben im Magdeburgischen an den Deutschen Orden, am 3. Mai
1272.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Bohemie progenitoribus nostris dedit, in bonis et proprietate episcopi et ecclesie mysnensis, tam in pheodatis quam liberis, nichil (iuris) et iudicii haberemus, Sex villis duntaxat exceptis, pertinentibus ad ecclesie misnensis proprietatem, quorum nomina singula musleceewitz, Kuptitz, konenwald, Beyerstorp, Sprewenberch, vredrichstorp, in quibus villis dixerunt ad nos iudicium pertinere. Super decimis quoque noualium circa villam zlepe inter nos et dictum dominum episcopum est taliter ordinatum, quod quilibet mansus dabit domino episcopo et suis successoribus, tempore census, Budesinensis monete III denarios nomine decimarum. De decimis vero in hogerlwerde, quas vir Nobilis dominus hogerus de vredeberch a memorata ecclesia et episcopis misnensibus in pheodo tenuit, sic etiam est tractatum, ut nos et fratres nostri eundem episcopum necnon successores suos nunquam impediamus, quin ei et suis successoribus sine diminutione modo debito persoluantur. De decima in gorene, que vacabat domino episcopo de morte fratrum suorum Reynheri et hermanni, taliter etiam est tractatum, quod deinceps episcopo, qui pro tempore fuerit, sine impedimento integre persoluantur. Quicquid etiam dampni et iniurie per aduocatos nostros predicto episcopo et sue ecclesie et vsque nunc illatum ad consolidandam amicitiam maiorem, quantum ad ipsum pertinet, ex mera relaxauit animi puritate. Nos quoque, si in aliquo turbati sumus, relaxamus similiter puro corde. Hunc quoque tenorem etc. Actum et datum in Budesin, anno domini M^o. CC^o. LXXII^o. In die beate Agnetis Presentibus etc.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives Imper. Ludouici Imperatoris Nr. 31. Mit Auslassungen und vielen sinnentstellenden Fehlern abgedruckt bei Gercken Cod. IV, 554 — 556.

CXLVI. Walther, Burchard und Albert von Barby verkaufen das Dorf Bergen bei Rodensleben im Magdeburgischen an den Deutschen Orden, am 3. Mai 1272.

In nomine sancte et individue Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti Amen. Nos Walterus et Burchardus, necnon Albertus, dicti de Barbey omnibus in perpetuum. Si recordatione quid dignum inter mortales agitur, ne per obliuionem id pereat vel nouis adinventionibus in posterum immutari contingat, necesse est vt scripture testimonio confirmetur. Proponentes itaque de rite gestis a nobis ad maiorem firmitatem futuris noticiam facere sempiternam, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod viris honorabilibus Magistro hospitalis sancte marie Theutonicorum ierosolymitani et fratribus eiusdem villam Berge, sitam iuxta Rodesleue, et proprietatem eiusdem ville vendidimus cum omnibus suis attinentiis, videlicet pratis, pascuis, advocatia et ceteris omnibus suis iuribus ad eandem pertinentibus, Excepta sola decima et iure decimali, Et Tradidimus predicta omnia et singula libera et exempta ab omni inpugnatione ipsi Magistro et fratribus, nomine hospitalis prefati proprietatis tytulo perpetuo possidenda, Renunciantes in solidum in hiis omnibus pro nobis et heredibus nostris omni iuris beneficio et auxilio, nobis et heredibus nostris contra hanc

vendicionem et traditionem competentibus et omni exceptioni, que posset in hiis predictae parti preiudicium aliquod generare, protestantes nichilominus, quod ipsos fratres de predictis bonis et eorum attinentiis omni impedimento cessante contra quoslibet Guarandare volumus et debemus. Et ne super hiis in posterum alicui suboriri valeat dubium in futuro, eis tradimus prefens scriptum, sigillorum nostrorum et sigillo reuerendi domini nostri Conradi, sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopi impressioibus roboratum, cum testibus infra scriptis, qui sunt hi: Comes Conradus de Werningenrode, Gerhardus de querinuorde, Albertus de Hakeburne, Henricus de Richowe, Burchardus et Henricus, dicti de Wantfleue, Henricus de hylmenrode, Hermannus de diggellstede et alii fide digni. Ego uero Albertus de Barbei prefatus proprium non habens sigillum sigillis predictis videlicet domini mei Magdeburgensis Archiepiscopi et Walteri patris mei, necnon Burchardi patruelis mei in presentibus sum contentus. Nos autem Conradus, dei gracia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, quia hiis interfuimus Rogati a prefatis Waltero et Burchardo, sigillum nostrum in testimonium omnium premissorum duximus presentibus apponendum. Actum Magdeburch, Anno domini M^o. CC^o. LXXII. quinto Non. Maii.

Nach dem Originale des Gutsarchives zu Bergen, vom Hof-Cammerrathe Steinkopff in Bernburg mitgetheilt.

CXLVII. Walther, Burchard und Albert von Barby geloben, daß ihre Erben, sobald sie volljährig geworden sind, den Verkauf von Bergen an den Deutschen Orden, ausdrücklich anerkennen, am 3. Mai 1272.

Omnibus presentes Litteras Auditoris Walterus et Burchardus, Nec non Albertus, dicti de Barbey, Salutem in eo, qui est salus omnium. Ne super hiis, que inter honorabiles viros Magilstrum et fratres hospitalis sancte marie theutonicorum Jerosolymitani ex vna parte, Et nos ex altera in vendicione ville Berge, site iuxta Rodensleue, Et traditione proprietatis eiusdem cum suis pertinenciis rationabiliter sunt peracta, Aliquid suboriri questionis valeat in futurum, Recognoscimus tenore presentium protestantes, quod nos Walterus pro heredibus nostris descendibus (sic) legitime, videlicet Burchardo, Geuehardo et Hermanno, nec non Lucardi filia nostra, Nos quoque Burchardus et Albertus pro nostris coheredibus Waltero videlicet et Henrico, nec non Lucardi, Beata atque Sophia, promissimus bona fide in manus Reuerendi patris domini nostri Conradi, Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopi, Et fratrum predicti hospitalis domini Bodonis de Wantsleue et fratris Henrici de Aspenstete, domini Henrici de Richowe et Burchardi et Henrici de Wantsleue, nomine hospitalis predicti, Et nobiscum consanguinei nostri Geuehardus de Querinuorde et Burchardus de Scrappelo, alstringendo nos in solidum vniuersaliter, singulos et singulariter vniuersos, Curaturos et effecturos, quod dicti heredes et coheredes, cum ad annos etatis peruenerint legitime, vendicionem dicte ville et